

UN CARTULARIO

de Santa María la Real de Nájera del año 1209

POR

JULIAN CANTERA ORIVE

(Arceiliano de la Catedral y Profesor del Seminario de Vitoria. Académico de la Historia)

(Continuación)

D. XXII

Crismón. IN nomine sancte et individue trinitatis. Inter cetera (*un espacio en blanco*) pietatis opera piissimum est ecclesias dei diligere et eisdem subiectos et servientes: ab alieno gravamine relevare. Eapropter Ego ALDEFONSUS dei gratia Rex castelle et toleti, una cum uxore mea alienor Regina, libenti animo et voluntate spontanea, pro animabus parentum meorum, et salute propria, facio cartam donationis, libertatis, et absolutionis, omnibus collaciis ecclesie sancte Marie de Valcorna que est in lucronio, presentibus et futuris in perpetuum valituram. Dono itaque prefatis collaciis iamdictæ ecclesie, et jure hereditario habendum statuo, ut nullus dominus ville, nec merinus regius, nec sayon, nec aliquis alius homo, nisi fuerit de prefata ecclesia, a prefatis collaciis aliquid requirat, nec aliquid gravamen vel violentiam eis faciat, nec aliquid umquan penitus regi vel domino illi pectent, nisi cum vicinis ville secundum vicinitatem ville. Dono etiam eis et concedo, ut herbas, pascua, montes, aquas, ingressus, et egressus, comunes habeant cum concilio lucroniensi: omni tempore, sine contraria et contradictione. Siquis vero hujus mee donationis et absolutionis paginam, in aliquo rumpere vel diminuere presumpserit: iram dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum juda domini proditore: penis infernalibus mancipetur, et insuper: Regie parti Mille Aureos in cauto pectet, et dampnum quod intulerit: iamdictis collaciis sepedictæ ecclesie, vel vocem eorum pulsanti, dupplatum restituat. Facta carta

apud Naiaram, ERA, M.^a CC.^a XVIII.^a, XIII.^o Kalendas julii. Et ego Rex ALDEFONSUS. Regnans in castella et toleto, hanc cartam quam fieri mandavi : manu propria roboro, et confirmo. *Subscripciones : Primera columna :* Rodericus Calagurrensis episcopus. Petrus Burgensis episc. Raimundus palentinus episc. Sancius Abulensis episc. Comes petrus. Comes ferrandus. Comes Gomez. *Segunda columna :* Petrus roderici de azagra, ferrandus roderici de turgello. Didacus lopiz. Petrus garsie. Petrus de Arazuri. Lupus didaci de mena. Lop diaz merinus regis in castella. *Entre ambas columnas signatura real y dentro de la rueda :* SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. *Alrededor de la signatura :* Rodericus gu-tierrez maiordomus curie Regis confirmat. Gomez garsie de roda Alferiz Regis conf. *Final :* Magister Geraldus Regis notarius. Petro de cardona existente Cancellario, scripsit.

D. XXIII

Crismón. Quoniam que a Regibus dantur vel conceduntur, ne oblivioni sint tradita : literis annotantur : Idcirco Ego Rex SANCIUS. ADEFONSI Imperatoris filius, cum consensu patris mei imperatoris et ejus auctoritate, facio cartam et textum firmitatis : necnon roborationis et confirmationis, eo tempore quo pater meus imperator dedit mihi regnum Naiare, cum portaticu ogronii, eodemque matre mea imperatrice mortua, de decimo de portaticu ogronii, et Naiare, deo et sancte Marie de Naiara, et domno Petro Cruniacensi Abati, et domno Busoni ejusdem monasterii Camerario, ad opus vestimenti monachorum sancte Marie Najarensis, do et concedo supradictum portaticum, scilicet decimam partem, sicut jam dedit pater meus et concessit, per cartam donationis et confirmationis, pro remedio anime mee necnon et parentum meorum, et matris mee nuper defuncte : habendum et possidendum, evo perhenni, et secula cuncta. Siquis vero hoc meum factum, et patris mei, de nostro vel alieno genere, dirumpere temptaverit : sit maledictus et excommunicatus et in inferno cum juda proditore dampnatus, nisi resipuerit. Facta carta Carrione. ERA, M.^a C.^a LXXX.^a VII.^a et quod erat III.^o Kalendas martii, ADEFONSUS Imperator confirmat. Ego Rex SANCIUS. Adefonsi imperatoris filius, quod fieri jussi : robore proprio confirmo. *Al margen signatura real y dentro :* SANCIUS. *Subscripciones : Primera columna :* Bernardus toletanus Archiepiscopus confirmat. Petrus compostellanus Archiepiscopus conf. Bernardus Seguntinus episcopus conf. Be-

ringarius salamanticensis episc. conf. Reimundus palentinus episc. conf. Joannes legionensis episc. conf. Ordonius hospitalis prior, et Regis Capellanus conf. Martinus clericus Regis sancii qui scripsit conf. Johannes regis Sancii magister et Cancellarius conf. *Al lado un signo. Segunda columna:* Gutier fernandiz conf. Martinus munniz majordomus regis conf. Fernandus iohannis conf. Gundissalvus roderiguiz Alferiz regis conf. Petrus esemeniz conf. *Tercera columna:* Comes ferdinandus gallecie conf. Comes poncius majordomus imperatoris conf. Comes Almanricus conf. Comes Ranamirus conf. Comes Osorius conf. Comes Petrus Asturicensis conf. Comes Lupo conf. Nunus petriz Alferiz IMPERATORIS conf.

Signatura del Rey Sancho III :

D. XXIV

Crismón. IN nomine patris et filii et spiritus sancti amen Ego ALDEFONSUS dei gratia hispaniarum imperator rememorans districtum iudicium salvatoris, facio hanc cartam donationis et confirmationis: domino deo, et beate Marie de Naiara. Complacuit mihi libenti animo, bona mente, et spontanea voluntate, propter remedium anime mee: donationem illam quam fecit imperator Aldefonsus deo et beate Marie de Naiara, proprie ad illuminationem altaris, de illa villa que dicitur ALAsON, illam bonam donationem, laudo, et confirmo, et concedo deo, et ad illuminationem altaris, et tibi iohanni sacriste, ut habeas et possideas tu et illi sacristani qui post te venturi sunt: totam ab integro cum omnibus suis terminis, et omnibus suis pertinentiis, et cum totis suis directiciis, qui ad ipsam villam pertinent, vel pertinere debent. Et nullus merinus regis vel sayon vel quislibet homo sit ausus ibi aliquid demandare, vel introire, et non pectet homicidium vel fossadera, nec aliquam rem, nisi sacristano qui eam tenuerit, sed sit libera et ingenua, et quieta, et sine omni regali pecto, et sine malo foro, domino deo et altari beate Marie predicte in perpetuum, et sit semper in potestate de illo sacristano qui servierit prenominato altari. Hec autem mea confirmatio et concessio quam ego Imperator ALDEFONSUS facio tibi iohanni sacristano, et omnibus post te venientibus ad altaris gloriosissime Marie illuminationem: sit firma et illibata, et quieta, per seculorum secula amen. Siquis autem de mea gente vel de aliena, hoc meum factum bene et firmiter confirmatum, infringere vel minuere temptaverit: sit maledictus et excommunicatus, et cum iuda traditore in inferno dampnatus, insuper dupplet vobis

hereditatem, et regie parti mille morabotinos. Facta carta in Naiara, III.º idus Novembris, Era M.ª C.ª LXX.ª III.ª Aldefonso imperatore imperante in toleto, in Legione, in cesaraugusta, in Naiara, Castella, et galicia, Ego Aldefonsus imperator hanc cartam jussi fieri, et factam propria manu roboravi postquam fui coronatus in Legione. *Subscripciones: Primera columna:* Garsias Rex pa[m]pilonensis confirmat. Comes Roic martinez conf. Comes Roic gomez conf. Comes Roic pedrez conf. Comes Lop diez conf. Gutier fernandez majordomus conf. Almanric Alferiz conf. Semeno eneguez conf. Sancius Calagurrensis conf. Semenus Burgensis conf. Garsias cesaraugustanus conf. Michael tirasonensis conf. Petrus Palentinus conf. Bertrandus Osomensis conf. Michael felix merinus conf. *Entre Semeno eneguez y Sancius Calagurrensis hay una línea de la misma mano y tinta, que en ángulo recto baja por el margen hasta el final, saliendo de ella otra línea que separa a Bertrandus Osomemensis de Michael felix, como queriendo decir que los obispos deben ir delante. Segunda columna:* Garsias Fortunonez de darocha testis. Lop lopez de mendoza t. Michael Archadius de Naiara t. Garsias pedrez t. Stephanus sarioih t. Johannes antoninus t. Robertus de la barba t. *Sobre la segunda columna signatura real y dentro:* Signum imperatoris. *Debajo y entre las dos columnas:* Magister petrus Capellanus, Giraldus scripsit hanc cartam, jussu magistri hugonis tunc temporis Cancellarii imperatoris.

D. XXV

Crismón. Ea que a Regibus sive a principibus ecclesiis donantur, idcirco scripto et memorie commendantur, ne posteris oblivioni per negligentiam tradantur: Quapropter Ego Adefonsus dei nutu hispanie imperator, una cum conjugee mee domne Berengaria, grato animo, et voluntate spontanea, nemine cogente, pro remedio anime mee et omnium parentum meorum, facio cartam firmam et stabilem ecclesie sancti petri de Cluniaco, et ecclesie sancte Marie de Naiara, et vobis domno Stephano Naiarensis ecclesie priori, ceterisque monachis in eadem ecclesia deo et beate Marie servientibus, futuris et presentibus, et dono vobis in hereditatem illud monasterium sancti fausti in treiunia situm, et inter villam diego et formizada positum, cum omnibus honoribus, et hereditatibus suis, cum decaniis, et villis, et terris, et vineis, pratis, pascuis, aquis, rivis, molendinis, cum montibus et vallibus, et fontibus, cum intratibus et exitibus, cum

terminis et omnibus directis suis, cum omnibus pertinentiis suis, quocumque loco fuerint et invenire poteritis. Hereditatem predictam tali tenore dono et concedo predictis ecclesiis, scilicet de Cluniaco et de Naiara, et vobis domno Stephano priori, et omnibus aliis monachis presentibus et futuris, ut teneatis et possideatis illam liberam et ingenuam, vos et successores vestri per hereditatem in perpetuum. Hoc meum factum, si quis de mea vel aliena gente dirumperit vel diminuerit; sit a deo maledictus, et in inferno cum iuda proditore sine fine dampnatus, et si quid de predicta hereditate violenter prendiderit; in dupplum domino suo reddat, et imperatori pectet centum libras auri. Facta carta in Naiara, XVIII.º Kalendas octobris, ERA, M.ª C.ª LXX.ª III.ª Adefonso imperatore imperante, in toledo. Legione. Sarragoza, naiara, Castella, Galicia. Ego Adefonsus imperator, hanc cartam quam jussi fieri; confirmo, et manu mea corrobora, in anno secundo quod coronam imperii primitus in Legione recepi. *Signatura real y dentro*: Signum imperatoris. *Subscriptions*: *Primera columna*: Sancius Naiarensis episcopus confirmat. Semenus burgensis episc. conf. Bernardus sagontinus episc. conf. Petrus palentinus episc. conf. Comes Rodericus martinez conf. Comes Rodericus gonzalvez conf. Comes Rodericus gomez conf. Comes Lop diez conf. Comes Latro conf. *Segunea columna*: Guter ferrandez maiordomus testis. Almanricus Alferiz t. Michael feliz merino in burgis et Naiara t. Petrus gutierrez de luza t. Gonsalvus diez t. Rodericus ferrandez t. Petrus padela t. Fernandus pedrez lo gordo t. *Tercera columna*: Giraldu scripsit hanc cartam: jussu magistri hugonis cancellarii imperatoRIS.

D. XXVI

Crismón. Per presens scriptum Notum sit tam presentibus quam futuris, quod Ego ALDEFONSUS dei gratia Rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alyenor Regina, et cum filiis meis Ferrando et Henrico. Facio cartam donationis, co—Ncambiationis, et confirmationis et stabilitatis; monasterio sancte Marie de portu, perpetuo valituram. Dono itaque predicto monasterio in concambium hereditatum ecclesiarum et collatorum que eidem monasterio ad opus populationis de laredo prendidi; tercias ecclesiarum de laredo, et tercias omnium ecclesiarum que sunt in termino de laredo; post dies dompni Peregrini, ita quod dompnus peregrinus in vita sua percipiat has tercias supradictas, persolvendo unoquoque anno dum eas percepit. Abbati sancte

Marie de portu, tres aureos pro incensu. Cum vero mortuo dompno peregrino predictae tercie ad predictum monasterium sancte Marie de portu pervenerint : Abbas sancte Marie de portu reddat Burgensi episcopo, pro istis ecclesiis illa jura que Burgensis episcopus percipiebat; ante quam ego Aldefonsus Rex predictas ecclesias prenderem ad opus populationis de laredo, que tamen jura dompnus Peregrinus tenetur reddere Burgensi episcopo, dum tercias tenuerit sepedictas. Siquis vero hanc cartam infringere vel diminuere presumpserit; iram dei omnipotentis plenarie incurrat: et Regie parii Mille aureos in cauto persolvant, et monasterio prenominato, dampnum quod super hoc intulerit; resituat dupplicatum. Facta carta apud Castrum de ordiales, ERa, M.^a CC.^a XL.^a VII.^a, XX.^a die mensis septemb[ri] s. Et Ego Rex Aldefonsus Regnans in Castilla et Toledo, han cartam quam fieri jussi; manu propria roboro pariter et confirmo. *Subscripciones* : *Primera columna* : Rodericus Toletanus Electus confirmat. Garsias Burgensis episc. conf. Johannes Calagurrensis episc. conf. Rodericus seguntinus episc. conf. Gonsalvus secobiensis episc. conf. Petrus Abulensis episc. conf. Tellius Palentinus electus conf. Garsias conchensis electus conf. *Segunda columna* : Didacus lupi de foro conf. Comes fernandus conf. Rodericus didaci conf. Lupus didaci conf. Rodericus roderici conf. Ferrandus garsie conf. Ferrandus alvari conf. Garsias roderici merinus Regis in Castilla conf. *Signo rodado y dentro* : SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. *Alrededor y fuera del signo* : Gonzalvus majordomus curie Regis confirmat : Alvarus munii ALferiz Regis conf. *Final* : Dominicus domini Regis Notarius. Abbas Vallisoleti Didaco garsie existente Cancellario, I, subnotario scribere mandavit.

D. XXVII

Crismón. Sub nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti, quem ego firmiter credo trinum in personis et unum in deitate qui cuncta dominatur elementa, et vivens per secula cuncta, dum et ab ipso nascentis seculi primordio, si replicentur in posteris descendens superveniendum progressio ipsius summi opificis innata benivolentia in omnibus repperiatur semper suum fragile plasma clementi ex paterna visitasse sententia quasi quodam sui conditoris contubernio ac summe divinitatis pro sustentatas solacio solus homo ceteris animantibus ut particeps deitatis erit adsequens propagandam

seculum divinitatis consilio et predestinatus. Ego Garsia dei gratia Rex, sancii regis filius, plerumque sapientium relatu audiens, et audita secundum modum propria scientia perpendens et vera esse firmiter credens dum mei regni in partibus plurimis in locis sancte dei matris ecclesie desolationem prospicerem, et nostris vel parentum nostrorum peccatis exigentibus in tantum loca sanctorum occupata esse seu quod verius est destructa a barbaris nationibus viderem ut vix etiam posteris posset esse indictio ubi jam sancte ecclesie habuit priores legalis foret institutio, communi consilio dilecte conjugis Stephanie decrevi in domo domini aliquid tale laborare ut nostri nominis esset memoriale. Ad quod consilium rationabiliter prosequendum: In nomine sancte et individue trinitatis dono ad ecclesiam beatissimi juliani, has villas, Medrano, soiola, tor de amunia, cum suis terminis; et ecclesiis. Terminum de soiola; de los cabezos de la rat usque ad fontem pudiam, et usque a la Kaşa, et cum vadit via vetera usque ad crucem, et ut itur per aliam viam que vadit a la barguiella, et cum vadit el cerro usque ad bustiello, et alia via que vadit at lagunam de canes, et usque ad maçanellum, et cum termino cotado viam que vadit ad fontanellam, et usque ad fossas de mauris, et usque vadello, et cum vadit ad rivulum sancti michaelis, quem siquis homicidium vel aliquis alicujus sceleris presidii causa venerit et fuerit ingressus, et alius inde violenter eum abstrahere voluerit; pectet regie majestati Mille auri talenta, et restituat hominem sine lesione in loco suo. Terminum de medrano de vinea domni alamis usque in fontanella. Terminum de viero, de via alverit usque in Otero et viam de lucronio. Et ego Rex Garsia una cum uxore Stephania dilecta conjugis mea dedi has supradictas villas monasterio sancti juliani de soiola, cum omnibus suis pertinentiis, cum aquis, pratis, sernis, montibus, molendinis, vineis, et cum decimis omnium hereditatum tam agrorum quam vinearum que sunt de camin judeorum asuso. Dono etiam ecclesiam sancti Vincentii super medrano, et juxta eam unam sernam, de oriente via de medrano, et currit ad daroca, et de occidente usque in sotiello. Et in Naiara; ecclesiam sancti petri cum suis domibus, et cum omni hereditate. In ibero flumine cannares inter cerva salida et lucronio ad integritatem. In lenez: XII, areas de sale. Sanctum Stephanum de collegio cum sua hereditate, et omnes illas sernas de camino vieio asuso, cum vineis suis. Quatuor molinos in iruega. Et aquam de daroca noctem martis et diem mercurii cum nocte sua. Similiter de iroga ad quodcumque opus habue-

ri. Et cum hiis omnibus me redditurum fidon, aras, arato, promitto; que similiter de soiola fuerunt. Hec vero omnia predicta per meam regalem potestatem, cum consensu principum meorum; statui atque confirmavi, et usque in finem mundi inviolata inconcussa que permanere decrevi. Unde coram deo vivo et vero qui me regnare jussit, coram ejus judicio terribili conjuro et obtestor omnes meos hereditarios successores, et omnes primates, et universum populum nunc atque in posterum, quatinus nulli meo subjacenti ullo modo liceat infringere seu convellere hec que a me regali sanctione concessa sunt, vel ordinata, deo et sancto juliano de soiola. Siquis autem quod non credimus hujus rei temptator aut contemptor existere voluerit; excommunicatus et anathematizatus eterne dampnatione subjaceat condemnatus, anathema sit maranata, et sanctum julianum et sanctam Mariam et omnes electos dei hic et in futuro sentiat sibi contrarios, atque in inferno inferiori judam traditorem habeat consortem, et diabolum consolatorem, inceptum vero irritum maneat. Ille autem pro ausata inquietudine: Mille auri [*palabra raspada y vuelta a escribir*: talenta] sancto juliano persolvat. Hanc regalis decreti cartam de dono quod fecimus sancti juliani de soiola: Ego Garsia Rex, una cum uxore mea Stephania, et cum filiis meis, propriis manibus confirmamus, et ratam facimus, et hoc figure signum fecimus, atque testibus confirmandum dedimus. *Subscripciones: Primera columna*: Ferdinandus Rex confirmat. Renimirus Rex conf. Garcia Alavensis conf. Sancius pampilonensis conf. Comessani nailensis conf. Guillelmus Urgellensis conf. Atto aubensis episc. conf. Bernardus valentinus episc. conf. Senior fortunii sancii de punicastro testis. Sen. Acenari fortunionis de açafra t. Senfortunii sancii de sancti stephani t. Sen. Garsia fortuniones de funes t. Sen. Garsia orioli de resa t. Sen. fortunionis eneconis de alava t. Sen. Sancio fortunionis eneco t. Sen. Lepe velascoz de colindres t. *Segunda columna*: Sen. Sancio sancii de pitiella t. Sen. Enego xeminionis de arosta t. Sen. aurioli sancii de tafalla t. Sen. Lope Aznarez de obion t. Sen. acenari sancii de petra lata t. Sen. fortun oxoa de begera t. Sen. Garsia sancii de tariego t. Sen. Galindo belesco de mena t. Sen. Remiri sancii t. Sen. Gomiz sancii t. Sen. fortun lopez t. Sen. belesco fortunionis t. Sen. lope armiger regis t. Sen. fortunionis botillarius t. Sen. sancii enechonis t. Sen. Galindo lopiz offeror regis t. Deinde optimates mei regni seu fratris mei ferdinandi regis qui adfuerunt, firmiter laudaverunt et confirmaverunt.

Hoc autem donum seu confirmatio, firma data et deo oblata, et beato juliano fuit de soiola, ERA, M.^a LXX.^a II.^a apud soiolam publica, III.^o nonas Novembris, luna III^a. Regnante Rege Garcia qui hoc testamentum fieri jussit; in pampilona, et in alava, et in castella vetula, et usque in burgis, et usque in bricium, cutellium etiam obtinente in suis terminis in asturitis, Fredinando Rege fratre eius in Legione et in burgis. Et in Aragone fratre eorum Ranimiro Rege; feliciteR. Ego fructuosus, jussione domini mei Regis exaravi.

Hec sunt hereditates ecclesie ad honorem sancti sepulcri facte, inter castellum Calagurre : est una vinea prope illum portellum, et unus ortus juxta illum alfondeck, et una pieça juxta illum molinum de ripuelas, et alia prope illam sarçam, et in via de illo *navigio* de azahra, dos pieças de lope et fortunio, una super via de villa nova de azennas enneconis, una subtus illa via de villa nova, una in ripa de ibero, in illo navigio de palma, una super illam viam de pisenzano, dos subtus illam viam que vadit ad illum navigium, una prope illas areas de illo alfondeck. In termino de sorbano; de illa via que vadit ad illum navigium usque ad illum molinum, III.^{or} pieças; de super illum molinum usque illam via de naiala, III pieças. In lampaiana una pieça. Inter illos ortos de illa porta de arneto, una pieça et un orto, juxta illum molinum de illo episcopo, una pieça. Inter ambos illos molinos de illo episcopo; una pieça. Supra viam de acuto juxta illas pieças sancti emiliani una pieça. Subtus illo vado una terra; de oriente via de azafra.

De soliola has villas metrano, viero dimisit Rex Garsia in potestate sancte marie, et promiserat in sacratione reddendas, tidon, aras, arato, et tor de amunna, que similiter de soiola fuerunt, terminum de soliola est; de fossa de illos mauros usque in santum michaellem, et de illa fontaniella; usque in illo maçaniello. Terminum de metrano; de vinea domini alamis usque in fontaniellam. Terminum de viero; de via alberit usque in auterum et viam de lucronio. Hereditates soliole sunt supra metrano, ecclesiam sancti vincentii, et juxta eam unam sersernam de oriente via de metrano, que escurrit ad darocha, et de occidente usque in sotiello, et terra cava, et juxta rivum que escurrit de darocha. Alia pieça de castro juxta terram de garcia niquetiz. Tercia terra: ad illos ceresos domini valerii. Quarta: ad illam lacunam. Sérna de severán; est de ecclesia sancte columbe, usque in sanctum ciprianum, et findit eam via de viero ad matalam, est una serna de area orioli, per medium ejus unus rivus transit.

vineam de velasco de lezuelas, VII.^a vinea circa de sancti michael, juxta vineam de albaro. VIII.^a vinea supra lezuelas juxta vineam de sancta maria. VIII.^a vinea in illos pennuecos juxta vineam de faguelo. X.^a vinea de abundo circa illud torcular. Undecima vinea quam comparaverunt de ramiro juxta vineam de domna tota, una serna in plano de sancti felicis. juxta vineam de ferruzo de castelion. Alia serna juxta illud torcular. Alia terra juxta de annoceto, juxta terram de velasco de castelion, una pieça de la tona juxta pieçam de pascual de sancti Martini. Alia terra juxta sanctam eufimiam. Alia terra juxta rigum de fonte maiore, juxta illam terram albaro de sancta eolalia. Alia terra in abundo juxta pieçam de sarrazino de sancta eolalia. Alia terra sub illo molino de soliola. Tres lineares inter illos molinos de soliola. Alio linare in illa defesa, una terra trans illo torrente, juxta vineam de sancta maria. Quatuor molinos in irueka. In rigu majore de natla una pieça in pieçam in sorbicuello juxta pieçam de galindo de sorçano.

D. XXVIII

Es el mismo que el documento XXV, salvo algunas pequeñas diferencias:

ICCIRCO en vez de *idcirco*.

NAJARA en vez de *Naiara*.

NAJARENSIS en vez de *Naiarensis*.

TREVINIA en vez de *trejunia*.

SAGUNTINUS en vez de *sagontinus*.

MAJORDOMUS en vez de *maiordomus*.

ALMARRICUS en vez de *Almanricus*.

IN NAIARA después de *in burgis*.

D. XXIX

Crismón. IN nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cum judaicus populus preceptum legis observans, de quibuslibet minimis rebus ut de ruta et cimino daret domino decimam, populus xristianus cui sincerior cultus est sacramentorum, eam debet precipue adimplere jussionem. Hujus rei gratia Ego Adelfonsus imperator hispanie, una cum uxore mea imperatrice Berengaria, filiisque meis Sancio et Fernando, pro mea parentumque meorum salute, et peccatorum nostrorum remissione, deo et ecclesie sancti petri de cluniaco, et domno petro ejusdem ecclesie abbati, ecclesie quoque sancte Marie de Naiara, pro monachis qui deo ibi serviunt, et in perpetuum servient, singulis

In antelena dos pieças ad illam custodiam, inter ambas est terra de belasco garcez, et ortus est juxta sancti clementi et ibidem vinea de illa canale, et juxta eadem vineam una pieça, et in parraleio sub eodem sancto clementi; un pieça est in via de valle de juçef, et una vinea in marceliana; que fuit domini velaski, et una pieça ibidem. In via de villiella est vinea mersoman, inter ambos tomos, II, villares, una pieça de vaculiellos; pieça de franz mir est juxta viam de viero ad alverit.

In antelena es una vinea de illo torculari, una pieça in fonte de abanos, et alia pieça ad illud torcular supra dicte vinee, pieça domini sancii juxta viam; ibidem serna de illa tapia. In supra vierum; juxta pieçan de illa turre, et ibidem alia juxta illos ortos. Ibidem juxta sanctam eolaliam [*espacio en blanco*] una pieça; juxta sanctam mariam; una serna, et unum ortum et ibidem ortulo de sancto felizes, juxta eandem sernam. Subtus viero; una pieça que fuit de ziklumble, et illud longar de sancti cipriani, unum maliolum domini sancii, ad sanctum christophorum una pieça de sasoman juxta sancti cipriani; unun mallioliello in illa salobre de garcia mio filio, una serna de alisiella de viero usque in semitam que escurrit ad fontem maiorem, et aliam subtus eandem semitam, usque in vadum de judeos, juxta rivum rigatorium, tam de sinistro quam dextro. Inde de vado de judeos usque in vado de [*blanco*] una serna, ad radicem de vado est terra de velasco enecoz de metrano, [*blanco*] ibidem serna de autero de illa via que vadit ad lucronium, usque in illum molgum in sanc et de terra de garcea sanz in iuso usque in terra de fortun mulero, et ipsa terra de fortun mulero similiter est de soliola, una serna que dicitur de equa, de terra de don faion, usque in terra de [*blanco*] de metrano, inde usque in via de alberit, et juxta rigum rigatorium de parte superiore, una vinea in viero juxta via que vadit de viero ad [*blanco*] ex sinistra parte, quam paravit [*blanco*] tegiolos per homicidium juxtas vineas de sancio izaniz. In plano de villiella: una vinea. In ibero flumine; cannares inter cerva salita et lucronio ad integritatem. In geniz: XII, areas salis. Sanctum stephanum de collegio cum sua hereditate. In [*blanco*] sanctum petrum cum sua hereditate, et cum suis domibus. In rivo de iruega; una vinea in lopasuela circa illam vineam de pascuale, alia vinea in illo plano de sancti felicis juxta vineam de vegila de vekera. Tercia vinea in ipso plano de sancti felicis juxta vineam de abnezas. In illo plano de solo, quarta vinea juxta vineas de sarracinos. V.^{ta} vinea in abando juxta vineam de [*blanco*] VI.^{ta} vinea in plano sancti felicis juxta

annis vestiendis, ut in suis orationibus cotidie mei et parentum meorum singulariter faciant mentionem, decimam tolius portatici gronii per petitionem domni Bosonis Cluniacensis ecclesie Camerarii, et prioris majarensis ecclesie prenominate; spontanea voluntate, jure hereditario dono et habendam semper ipsis et eorum successoribus, sine omni contradictione concedo. Siquis vero in posterum de meo vel alieno genere, hujus mee donationis paginam sciens, ei contrarius venerit, vel eam dirupit; sit a deo maledictus, et in inferno cum juda proditore dampnatus nisi digne emendaverit, et pectet regie parti mille morabotinos, et ecclesie Naiarensi predicte quicquid invaserit; dupplatum emendet. Facta carta Toletu. III.^a kalendas Februarii. ERA, M.^a C.^a LXXX.^a VII.^a prenominate imperatore Adefonso imperante in Toletu, Legione, Saragocia, Naiara, Castella, Galecia, Baecia, Almaria. Ego Adefonsus imperator hanc cartam quam jussi fieri; confirmo, et manu mea roboro. *Subscripciones: Primera columna:* Imperatrix Berengaria. Sancius et fernandus filii imperatoris conf. Raimundus toletanus archiepiscopus conf. Johannes oxomensis episcopus conf. Rodericus Calagurritanus episc. conf. Comes fernandus de galecia conf. Guter fernandez conf. Nunio pedrez alferiz conf. *Segunda columna:* Victor burgensis episc. conf. Arnaldus asturicensis episc. conf. Comes Amalricus conf. Comes Lop diez, conf. Comes pontius majordomus imperatoris conf. Fernandus iohannis conf. Martinus munioz maiordomus regis sancii conf. *Al margen de la segunda columna: Signatura real: Final:* Geraldus scripsit, Scriptor imperatoris, per manum magistri hugonis cancellarii.

D. XXX

Crismón. IN nomine domini amen. Ego Adefonsus hispanis imperator, una cum filiis et filiabus meis, et omni generatione mea. Vobis domne Sancie et filiis vestris et omni generationi vestre: Facio cartam donationis de illo linare qui est in orchanus, et jacet circa illum vestrum ortum quod Ego vobis dedi, et de illo pedaçu de terra qui iacet circa illud ortum de sancta Maria de Naiara, et illam viam de urunola. Et hoc facio: ut ab hac die habeatis illos liberos et quietos, vos et filii vestri, et omnis generatio vestra; jure hereditario; in perpetuum. Si vero aliquis ex meo vel alieno genere hoc meum factum rumpere voluerit; sit a deo maledictus, et pectet regie parti mille morabotinos. Facta carta in Naiara. IIII.^o idus febroari, ERA, M.^a C.^a LXXX.^a VIII.^o Anno quo imperator pugnavit cum illis muzmuits

super cordubam, et devicit eos. Imperante ipso Adefonso imperatore, in toleto, et Legione, in gallecia et Castella, in Naiara et Saragocia, in baecia et almaria. Comes barchinonie tunc temporis vassallus imperatoris Sancius Rex Navarre tunc temporis vassallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator hanc cartam quam fieri jussi; propria manu mea roboro atque confirmo: [*Un espacio en blanco*]. *Subscripciones: Primera columna: [Un espacio en blanco]* filius imperatoris conf. Comes pontius major domus imperatoris conf. Comes Lupus conf. Pontius de minerva conf. Nunnus petriz imperatoris conf. *Segunda columna: Guter fernandiz conf. Martinus munniz de scaluna conf. Alvarus petriz conf. Gundissalvus roderiguiz conf. Vela latron conf. Entre las dos columnas Signatura real: Final: Iohannes fernandiz canonicus ecclesie beati jacobi, et scriptor imperatoris: scripsit.*

D. XXXI

Crismón. IN nomine sancte et individue trinitatis patris videlicet et filii et spiritus sancti. Ego Urraca spaniarum Regina, peccatorum meorum mole perterrita, et prophetica sententia admonita; qua dicitur, omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos feni, elegi et decrevi communi consensu filii mei Adefonsi Regis, mea spontanea voluntate, nullius cogentis imperio, sed sancto ducta desiderio, offere pro remedio anime mee; monasterio sancti petri cluniacensi, et senioribus ibidem manentibus; illud meum monasterium quod habeo de avio patrioque jure in terra de trivinio, quod vocitant sancti fausti, quod iacz de juso sancti quirici de formizado, inter villam albelam et tablada, super fluvium ab integro cum suis decaniis, et cum terris et vineis, pratis, pascuis, padulibus, montibus, fontibus, molendinis, aquis, aquarum cum aqueductibus earum, exitu vel regressu, cum suo soto et suas defesas, cultis et incultis, et cum quanta re ibi omnia potueritis invenire, per suis terminis, et locis antiquis. Igitur omnem istam supradictam hereditatem Ego Urraca Regina una cum filio meo Adefonso Rege, offero monasterio sanctorum apostolorum petri et pauli de cluniaco ab integro sicut superius resonat, sine ullo malo foro, quod non intret ibi sayone, et non peccent homicidio, et non faciat ibi aliquis ulla fortia. Similiter dono Ego Urraca Regina unam hereditatem in villa que dicitur Alqozer, que est in rivo de oqua, inter cova cardelli et castrel de pedons, et vocatur illa hereditas barrio morel, cum suo collazo nomine flammoniuci, sine ullo malo foro, et sine sayone, et quod

non pectet ullo pecto cum aliis, nec homicidium pectet, nec sa-
yonem super se habeat neque respondeat nisi ad seniores de clu-
niaco. Et istum supradictum donamus cum suas terras et suas
peças, cum omni integritate. Et de ista hereditate facio cartulam
donationis ipsi supradicto monasterio, et domno petro priori de
Nazara. Et si quis de mea progenie vel de alia generatione; quic-
quid in ista cartula resonat, adnichilare, minuere, vel auferre tem-
ptaverit; cujuslibet ordinis cujuslibet dignitatis sit, quisquis ille
fuerit qui talia commiserit; in primis; sit propriis oculis privatus,
et a xristi corpore et a sanguine segregatus, et a regno dei aliena-
tus, et cum juda domini traditore luat penas; eterna dampnatione,
et a parte sancti petri declinans; cogatur reddere ipsam heredita-
tem in dupplo, vel triplo, et insuper; auri libras centum ad partem
regis. Facta cartula donationis sub eRa decies centena, cum de-
cies dena, decies quina, superaddita sexies bina. Regnante me
Urraca Regina, in leone et in castella, et in galicia. Et istam
cartulam donationis quam fieri jussi; manu propria roboravi; et
signum proprii roboris impressi, e testibus confirmandum tradidi,
Subscripciones : *Primera columna* : Bernardus toletane sedis
archiepiscopus confirmat. Diacus Legionensis episc. conf. Ber-
nardus abbas sancti facundi conf. Petrus comes de lara, conf.
Roderico comes frater eius conf. Comes suerius conf. Gon-
zalvo pelagius de asturias de ovedo, conf. Guter petrici orca
conf. Rodri mon iuci de aquitar conf. Nun fernandici de peces
orius conf. Petro guterrri de lucia et dom guterre suo fratre conf.
Segunda columna : Garcia filio comite garcia conf. Rodri
martinici filio de comite martino conf. Garcia lopiz de maranon
conf. Dieco lopiz fili de comite lope de biscadie conf. Roi go-
mez filio comite dom gomez conf. Petro guterrrici filio guter fer-
nandiz conf. Gonzalvo guterrrici conf. Petro dieci el vero conf.
Gonçalvo dieci de formizada conf. Fernando diez de sonoval
conf. *Signo del notario* : Qimura qui notavit, conf.

Heredades

Sub firmitatis testamento et scripture solidamento hunc sub-
sequentem numerum terrarum et vinearum confirmavit glorio-
sissimus Rex Garsea dei genitricis sancte Marie virginis in per-
petuo possidendum ibidem deo servientibus. Scilicet sancti
thome una terra juxta flumen Naialiella, et latus terra sancti emi-
liani, et de oriente; ortum ectamuza de penna. Aliam in termino
tricii; ad illud forcular regine, ex oriente via que vadit de tricio
ad illos molinos. Tertiam ad ripam que dicitur de amunna mau-

ra, de oriente; supradictam viam, de occidente; eandem ripam. Quartam: ad faciem de Argenzana, de oriente adiacet via pergens de tricio ad valles, a dextra parte rivus unde omnes rigant, ex sinistra terra velasco gomiz de tricio. Quintam in eodem termino, a dextra parte palus, et rivulus; ex sinistra. Alius rivulus que accipiunt ad illam presam, inter argençanam et tricium; ad rigandum. Sextum: ad ripas caditas, juxta viam de magesce, ex sinistro, [*un espacio en blanco de algo más de una línea*]. Octavam: in illo campo ad illam custodiam, et torcular alkaldi, ex oriente; via pergens ad sotomalum. Nonam ab illo torcular alkaldi inter duas vias, pergentes ad erunolam, et ad orchanos, et ex oriente; terra de Acald fortun citiz. Decimam in via sancte Marine, de oriente; eadem via, de occidente; rivus molinorum, ex dextro, terra senioris eximini garceiz. Undecimam: subtus illas vineas sancte marine, ex oriente via ad sotomalum, de occidente via sancte marine, discurrens ad subjacentes villas, ex dextera; vinea domni bernardi, ex sinistra; pagum quod dicunt josanum. Duodecimam; subtus vallanticum, in ora ipsius rupis. Tertiadecima: ad rigum de formella, subtus eandem villam, ex dextro; via de formiella ad aliam formiellam, de sinistro ipse rivus. Quartadecima: ad illas ripiellas de illo dueno ut dicitur, de occidente; terra dominici petri, de oriente ipse ripe, [*espacio en blanco de algo más de seis líneas*]. Vinee qui sancti thome sunt; una ad ripam de amunna maura, ex oriente via de tricio, de occidente eadem ripa, ex sinistro; rivus unde omnes rigant. Alia ibidem in ipso termino, et tertia, et quarta, sed inter eas sunt alie extranee que eas dividunt. Inter primam et secundam sunt due aliene vinee. Inter secundam et viam; alie due. Inter tertiam et quartam; [*espacio en blanco*]. Quinta vinea est; in via sancte marine, de oriente vinea sancti emiliani, et rivus unde rigant, ex occidente; eadem via, ex sinistro terra domni bernardi. [*espacio en blanco casi de seis líneas*]. In ruego habetur una terra que fuit hujus sancte Marie, subtus villam de oriente: rivus discurrens ad villán meskinam, de occidente terra sancti martini ipsius ville [*un signo que va separando las heredades y, por consiguiente, se repite en cada una. Lo señalaremos por una línea vertical*]. De vicinis sancte Marie est una vinea ante sanctum julianum, de occidente vinea sancte Marie priati, de oriente via de sancto juliano ad utriellos. Alia in via montis, dextra parte, de oriente vinea regis que fuit domni petriz, de occidente vinea sancte Marie de arcos. Tercia ibidem in capite jusano de illo prato, de

oriente rivus qui venit de utriusque, de occidente vinea de Alkalde. Quarta in via sancte marie, de oriente vinea sancti pelagii, de occidente ipsa vinea sancte marie. Quinta que fuit de buzo, in illas costas subtus fontem grandem, de oriente via de sotomalo, de occidente vinea germane domni petri, ex dextro vinea de galindo de mómina. | Sancti michaelis una vinea in via montis sinistra parte de oriente vinea filiorum abolbalit, de occidente domni fortunii de sub penna, [*en blanco*]. | De vicinis de cerbera; una vinea in plano super vinea regis ad sanctum julianum, latus vinea de pesatiel judeo de sinistro, de occidente semita, de oriente vinea de scemeno sub penna. Alia de occidente juxta supradictam semitam, et juxta vineam filiorum iohannis de vanios. Tercia in eodem plano, de oriente una semita, [*espacio en blanco*]. | De vicinis sancti iohannis; una vinea in valle de amira, juxta vineam de geza, de occidente vinea de alvaro, de oriente de gomiz usque in illam ripam. Alia in valle corna de, occidente vinea clericorum sancti iohannis, de oriente val de endura. | Una terra de vicinis sancte marie naiale, ad sanctam Mariam darcos denante, et findit eam unus rivulus. | Domna Auria navarra tradidit sante Marie unam vineam in nalala, ad illam ripam ante eandem nalala, juxta viam publicam, et in soto malo una terra. Eximius domni belliti frater, tradidit unam vineam sante Marie in illas costas subtus torcular de Alkald, ex dextro vinea de vitales judeo, de sinistro de galaciel judeo, de oriente via publica. | Domnus gumiza tradidit se sancte Marie, et omnem suam hereditatem quam in soto malo possedit. Est una terra super ecclesiam sancte Marie, de occidente via que intrat sotummalum, de oriente terra de martin, de sinistro: terra de galindo maiorino de eruniola. Et alia ibidem de dextro salvator; et de sinistro kalibia de nalala, et tertia ante ostium sancte Marie, de sinistro dominico de cironia, de oriente illa via. | Quartam inter sanctam Mariam et illam villam, de oriente terra de vicinis, de occidente illa via. | Quinta terra et unum linare in defesa; de oriente rivus de ihald, de occidente via de sotomalo ad eruniolam. | Sexta: subtus villam et ortos, de oriente illa villa, de occidente illi molini, de sinistro terra dominico velaski. | Unum linare in semita molini, de oriente dominico calbo de occidente de viva, de sinistro ipsa semita. | Aliam ibidem, de oriente terra dominici velaski de occidente dominici calvi, de sinistro semita, de dextro terra ipsius dominici

(Continuará)